Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



10H

309

Vos ex patre diabolo estis et desideria patris uestri uultis facere
Ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit quia non est ueritas in eo
Cum loquitur mendacium ex suis propri is loquitur quia mendax est pater eius
Ego autem quia ueritatem dico non credi tis mihi
Quis ex uobis arguet me de peccato
si ueritatem dico quare uos non creditis mihi
Qui est ex dō uer bā audit
Propter ea uos non auditis quia ex dō non estis
Responderunt igitur iudaei et dixerunt ei
Non ne benedici mus nos quia samaritanus es tu et daemo nium habes
Respondit ihs
Ego daemoniū non habeo sed honorifi